

SCEPTRUM
DAVIDICUM,
SEU

In 1. & 2. caput Libri 2. regum
nova, & acutissima in varios
discursus explanatio,

AUTHORE

P. D. GASPARE FERDINANDI

Lusitano Pace-Julienti in Eboren-

si Academia accuratissimo

Sacrarum Literarum

Interprete

SOCIETATIS JESU,

Cum Indicibus necessariis.

EBORÆ

*Cum Superiorum permissu,
ex Typographia Academia.*

M. DC. LXXXV.

*Alonso de la Cruz
D. de la Cruz
Laguna 1726*

*Dislo. de la Libreria
ria del Noviciado*



MARIÆ SANCTISSIMÆ,

DAVIDIS FILIÆ,

SUMMI REGIS MATRI,

HOMINUM, ET ANGELORUM

REGINÆ.



Emini poteram Scep-
trum Davidicum conse-
crare potiori jure, quam
tibi, SUPREMA OM-
NIUM REGINA. Nam

de tot, tantis, ac tam augustis Da-
vidis successoribus, nulli melius,
quam tibi illud competere, quis non
videt? cum regio tuo sanguine, tuis
virtutibus, cæterisque animi doti-
bus, reges omnes quotquot ante fu-
erunt, & quotquot erunt usque a-
deo superaveris; ut increata sapientia;
quæ merita cujusque librat in pon-
dere,

S C E P T R V M
D A V I D I C V M,
S E U

In secundum librum Regum commentarii.

T I T U L U S

Liber secundus Samuelis; quem nos
secundum Regum dicimus.

Pro tituli inscriptione.

P R O L U S I O P R I M A



AM primum omnium satis constat,
Saule occiso, totā Israelitici regni mo-
lem ad Davidem, à Deo quondam
electum, & à Samuele Propheta, oleo
facto in regem initiatum, fuisse trans-
latam: cujus felicitatem imperii, &
imperandi methodum, ab omnibus

orbis terræ regibus suspiciendam, infelici Saulis exitu,
regnoque perscripto, Sacer scriptor, in secundo Samu-
elis isto, seu Regum libro suscipit enarrandam: pro qua
libri inscriptione duo præludere oportet. Primum, Eam
apud Hebraicum contextum minime reperiri, sed pri-
mo Samuelis capite, ad præsentis libri ultimum, con-
tinuo ductu, ac nulla intercapedine protendi; à Græcis
vero, ac nostratibus interpositam fuisse: quod ideo fac-
tum credunt in hoc loco Lyra, & Abulensis, ut regni